Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Directorium Constantiense

Marisburgo, 1612

Tabelle: Tabella computi perpetua, [...]

urn:nbn:de:bsz:31-133086

Visual Library

Tabella computi Perpetua, per quam liquidô conſtabit, cum qua quolibet anno tabula huius Directorij recitandum ſit officium tâm per annum, quâm tempore Aduentus.

Epacta 23.	Lite. Dominicales	Tab. per annum	Tab. Aduentus.	Epacta	Lit. Domin.	Tab. per annum	Tab. Aduentus
22	D	1	3	2	C	21	2
21	E	2	4	1	D	22	3
20	F	3	5	*	E	23	4
19	G	4	6	29	F	24	5
18	A	5	7	28	G	25	6
17	B	6	1	27	A	26	7
16	C	7	2	26. 25 nig.	B	27	1
15	D	8	3				
14	E	9	4	25. ru.	C	28	2
13	F	10	5	24	D	29	3
					E	30	4
12	G	11	6				
11	A	12	7		F	31	5
10	B	13	1		G	32	6
9	C	14	2		A	33	7
8	D	15	3		B	34	1
7	E	16	4		C	35	2
6	F	17	5		D	36	3
5	G	18	6				
4	A	19	7				
3	B	20	1				

Hæc vltima litera D. & Tabula 36. non ſeruit niſi eo anno, quo Septuageſima venerit 22. Februarii & fuerit annus Biſſextilis literæq; Dominicales, D. C. tunc cum eadem Tabula 36. recitabitur vſque ad 23. diem Februarii & à 24. Februarii vſq; ad Aduentum cum Tabula 35. & deinde cum Tabula 2. Aduentus. Vbi notandum quod ſemper in anno Biſſextili Tabula Aduentus ſumatur ea, quæ occurrit è Directo poſterioris Tabulæ de qua recitatum fuit vſq; ad Aduentum. Raro autem occurret hæc Tabula 36. occurret tamen anno 3784. et anno 4088.

DECLA-

DECLARATIO PRAECEDENTIS TABVLAE.

SI in Perpetuum ſcire velis, quota erit Tabula, habita litera Dominicali & Epacta anni cuius Tabulam quæris ex præcedenti Tabula temporaria, vel ex Tabulis perpetuis Calendarii Gregoriani poſt annum 1712. quære in hac Tabella computi perpetua Epactam tui anni, qua inuenta, quære literam Dominicalem tunc currentem, quæ primò infra ipſam epactam occurrerit & è directo eius inuenies numerum Tabulæ, tàm pro anno quam pro Aduentu, qua vti debebis.

Exemplum. Anno 1613. Epacta erit 8. & litera Dominicalis F. Illa Epacta 8. eſt in linea 16. Epactarum huius Tabellæ, numerando ab Epacta 23. & prima litera F. quæ occurrit infrâ ipſam Epactàm 8. eſt in linea 17. literarum Dominicalium, è directo cuius reperies 17. in cellula Tabularum per annum, & 5. in cellula Tabularum Aduentus. Tabula igitur 17. ſeruiet ab octaua Epiphaniæ excluſiuè vſq; ad Aduentum, à quo recitandum erit de Regula 5. Aduentus vſq; ad Octauam Epiphaniæ incluſiuè.

Si verò litera Dominicalis concurrat cum Epacta, id eſt, ſi è directo Epactæ currentis inueniatur, relicta illa litera concurrente, aſſumenda eſt, eadem litera

Domi-

Dominicalis proximò inferior, ut ſi concurrat cum litera D. ſequens D. & ſic de aliis. Vt anno 1615. Epacta erit, 1. & litera Dominicalis D. quæ in Tabella reperitur è regione Epactæ 1. Quare neglecta D. concurrente, ſumenda erit ſequens litera D. è cuius directo habetur Tabula, 29. quæ inſeruiet dicto anno 1615. vſq; ad Aduentum & pro Aduentu Tabula 3. Et ſic de cæteris annis communibus.

In anno autem Biſſextili quia ſunt duæ literæ Dominicales, prior ſumenda eſt, & è directo illius inuenies Tabellam de qua dicitur à 14. die Ianuarii, vſq; ad 23. diem Februarii. A die verò ſequenti (qui in biſſextili erit 24.) recitabitur per tabulam præcedentem. Si verò Epacta concurrat cum litera Dominicali ſiuè priori ſiue poſteriori, tunc omiſſis literis Dominicalibus concurrentibus, ſumendæ erant literæ Dominicales inferius proximè ſequentes.

Exempli gratia. Anno 1612 eſt Epacta 27. & literæ Dominicales, A. G. ex quibus A. eſt prior, quam è directo Epactæ 27. reperies. Item anno 1656. Epacta erit 4. & literæ Dominicales B. A. ex quibus A. eſt poſterior, quam è directo Epactæ 4. reperies. Quià verò literæ Dominicales cum Epactis concurrentes ſumi non poſſunt, ideò aſſumendæ ſunt literæ Dominicales ſequentes. Vtpotè anno 1612. relicta litera A. concurrente, ſequentes literæ Dominicales A. G. è quarum regione reperies Tabulam 33. & 32. & anno 1656. relicta itidem litera A. concurrēte ſequen-

tes

tes literæ Dominicales B. A. equarũ regione habentur Tabulæ 27. & 26. Anno autem 1616. erunt literæ Dominicales C.B. & Epacta 12. quam reperies in cellula Epactarum linea 12. At quia illa Epacta cum neutra literarum Dominicalium concurrit, ſumendæ ſunt literæ Dominicales C. B. Epactam proximè ſequentes, quæ ſunt in linea 13. & 14. literarũ Dominicalium & Tabularum. Siue igitur Epacta concurrat cum literis Dominicalibus ſiue non, cum priore Tabula ſeu Regula ſemper in anno Biſſextili recitandum eſt vſq; ad diem 23. Februarii incluſiuè, qua die fieri debet de Dominica feſto vel feria occurrente ſine Vigilia.

A die verò ſequenti, quæ in anno Biſſextili erit 24. recitabitur de Tabula vel Regula poſteriore, ipſiuſq; 33. Februarii diè, vſq; ad finem menſis, qui ſemper in anno Biſſextili habet 29. dies, poſtponẽdo ſemper vnam diem, itâ vt 24. die regulæ poſterioris fiat de 23. 25. vero de 24. 26. de 25. & 27. de 26. 28. de 27. & vltima die de 28. die regulæ prioris. De ipſa autem Tabula poſteriore recitatur vſq; ad Aduentum, & deinceps de Tabula Aduentus è regione ipſius Tabulæ poſterioris per annum occurrentis.

Si verò feſtum Cathedræ S. Petri cadens in diem 22. Februarii, transferri contingat in diem 23. tunc in anno Biſſextili die 24. Februarii non fit de feſto in priori Tabula Sabbatho celebrato, ſed de feria ſi in

Quadra-

Quadrageſimam vel Vigilia ſi ante Quadrageſimam inciderit dies 23. poſterioris ad 24. prioris Tabulæ.

Exempli gratia. Si in anno Biſſextili recitandum ſit cum Tabula ſecunda vſq; ad 23. diem Februarii, tunc ipſa 23. die ſit totum officium de Dominica etiam in Veſperis, & die 24. de 23. Februarii, Tabulæ 1. quia verò feſtum Cathedræ in 2. Tabula Sabbatho celebratum in prima Tabula propter Dominicam tranſlatum fuit in feriam ſecundam, ideò 24. Feb. ſit de feria ſiue commemoratione Vigiliæ niſi in Miſſa & 25. Feb. celebratur feſtum S. Matthiæ & conſequenter vſq; ad diem 29. Feb. vt in 1. Tabula notatur.

Vt autem Epacta 23. non concurrat cum litera D. prima, poſita eſt extra ordinem cæterarum Epactarum in ſuperiore loco ſeu cellula, itâ eo anno quo Epacta erit 23. & D. erit litera Dominicalis recitandum erit cum Regula prima.

SEQVITVR CALENDARIVM.

Romano Conſtantienſe, ad quod ſequens directorium perpetuum eſt ordinatum.

Anni Domini	Literæ Dominicales	Epactæ	Regulę per annū	Regulæ Aduentus
1612	A G	27	33.32	6
1613	F	8	17	5
1614	E	19	9	4
1615	D	1	29	3
1616	C B	12	14.13	1
1617	A	23	5	7
1618	G	4	25	6
1619	F	15	10	5
1620	E D	26	30.29	3
1621	C	7	21	2
1622	B	18	6	1
1623	A	29	26	7
1624	G F	10	18.17	5
1625	E	21	9	4
1626	D	2	22	3
1627	C	13	14	2
1628	B A	24	34.33	7
1629	G	5	25	6
1630	F	16	10	5
1631	E	27	30	4
1632	D C	8	22.21	2
1633	B	19	6	1
1634	A	1	26	7
1635	G	12	18	6
1636	F E	23	3.2.	4
1637	D	4	22	3
1638	C	15	14	2
1639	B	26	34	1
1640	A G	7	9.18	6
1641	F	18	10	5
1642	E	29	30	4
1643	D	10	15	3
1644	C B	21	7.6	1
1645	A	2	26	7
1646	G	13	11	6
1647	F	24	31	5
1648	E D	5	23.22	3
1649	C	16	14	2
1650	B	27	27	1
1651	A	8	19	7
1652	G F	19	11. 10	5
1653	E	1	23	4
1654	D	12	15	3
1655	C	23	7	2
1656	B A	4	27.26	7
1657	G	15	11	6
1658	F	26	31	5
1659	E	7	23	4
1660	D C	18	8.7	2
1661	B	29	27	1
1662	A	10	19	7
1663	G	21	4	6
1664	F, E	2	24.23	4

Añi Domini	Literę Dominicales	Epactæ	Regulę per Annum	Regulę Aduentus.
1665	D	13	15	3
1666	C	24	35	2
1667	B	5	20	1
1668	A G	16	12.11	6
1669	F	27	31	5
1670	E	8	16	4
1671	D	19	8	3
1672	C B	1	28.27	1
1673	A	12	12	7
1674	G	23	4	6
1675	F	4	24	5
1676	E D	15	16.15	3
1677	C	26	28	2
1678	B	7	20	1
1679	A	18	12	7
1680	G F	29	32.31	5
1681	E	10	16	4
1682	D	21	8	3
1683	C	2	28	2
1684	B A	13	13.12	7
1685	G	24	32	6
1686	F	5	24	5
1687	E	16	9	4
1688	D C	27	29.28	2
1689	B	8	20	1
1690	A	19	5	7
1691	G	1	25	6
1692	F E	12	17.16	4
1693	D	23	1	3
1694	C	4	21	2
1695	B	15	13	1
1696	A G	26	33.32	6
1697	F	7	17	5
1698	E	18	9	4
1699	D	29	29	3
1700	C	9	21	2
1701	B	20	6	1
1702	A	1	26	7
1703	G	12	18	6
1704	F E	23	3.2	4
1705	D	4	22	3
1706	C	15	14	2
1707	B	26	34	1
1708	A G	7	19.18	6
1709	F	18	10	5
1710	E	*	30	4
1711	D	11	15	3
1712	C B	22	7.6.	1